

III. LITTERAE UNIVERSALES DE CZOPOWE^a

Sigismundus etc.^b Universis et singulis principibus tam spiritualibus quam saecularibus, reverendissimis et^c reverendis in Christo patribus, dominis archiepiscopis, episcopis nec non magnificis, generosis, nobilibus, famatis et providis palatinis, castellanis, capitaneis, tenutariis, terrigenis, nobilibus, officialibus et eorum vicesgerentibus, heredibus, advocatis, scultetis, civitatumque et oppidorum tam nostrorum quam quorumcunque subditorum nostrorum magistris civium consulibus et^d communitatibus et generaliter omnibus subditis nostris spiritualibus et saecularibus cuiuscunque status, conditionis et praeceminentiae existentibus, bona quaecumque tam spiritualia quam saecularia, civitates, oppida, villas, tabernas, possessiones et alia bona quocumque nomine nuncupata habentibus, et signanter in terra N.^e et districtibus eius existentibus^f, sincere et fidelibus nostris dilectis salutem et gratiam nostram regiam^g. Sincere et fideles nostri^h dilecti. ^hNoveritis communi omnium tam spiritualium quam saecularium consiliariorum nostrorum et nuntiorum terrestrium in praesenti conventu generali Pyotrkoviensi congregatorum voto et concordii voluntate exactionem ducillorum quae *czopowe* dicitur, multis et arduis necessitatibus reipublicae ita exigentibus, decretam esse, quae inchoari debet a festo Annuntiationis Sanctae Mariae proximo [25 III 1528] et continuari per integrum annum ad aliud festum Annuntiationis Sanctae Mariae inclusiveⁱ anni millesimi quingentesimi vigesimi noni [25 III 1529]. Exigetur autem ^ket solvi^k debebit eadem ipsa contributio ducillorum secundum antiquam consuetudinem, modo videlicet infrascripto, ut quilibet^l cerevisiam coquens venalem, ex quibuscunque braseis fuerit eadem^l ipsa cerevisia cocta, hoc est sive brasea ipsa sint civium et dominorum, sive ex molendinis provenientia et emensurata, sive domi facta, a quolibet vase singillatim^m vel coctura ipsius cerevisiae, iuxta locorum consuetudinem antehac observatam, exactionem ipsam ducillorum in manus infrascripti exactoris fideliter solvat, ita, ut a maiori coctura alias *waru* plures grossi solvantur, et a minori pauciores iuxta vasorum numerum et quantitatem et exactorumⁿ ordinationem, quam ubi opus et quoties^o expediens erit, nostra auctoritate ^pfacient et constituent^p. Notariosque et custodes ^qin civitatibus et oppidis, quam

praeterito remissae atque indultae sunt contributiones in eodem conventu institutae nobilitati terrae Podoliae et eius colonis propter illorum inopiam et destructionem.

Ad exactores anni praesentis. Sigismundus etc. Generose, fidelis, dilecte! Habentes commendatam fidem et dexteritatem tuam, constituimus te in exactorem omnium contributionum in praesenti conventu decretarum terrae et palatinatus N. mittimusque tibi his alligatas litteras universales ex quibus abunde cognoscis, pro quo tempore et loco et quaslibet ipsas contributiones sis exacturus, et quod item contumacibus et negligentibus loci capitaneis delaturus sis. Mandamus igitur tibi, ut mox visis praesentibus postposita omni mora muneri et officio tibi delegato te accingas et illud diligentissime exequaris in omnibus sese iuxta litteras universales conservando, quae affatim docebunt, quomodo se gerere debeas. Volumus autem, ut eo salario sis contentus, prout tibi in litteris universalibus assignatum est, nec ultra illud ipsis contributionibus tibi sumere presumas, ita facturi pro gratia nostra. Datum Pyotrcouie ut supra. Ad mandatum Regiae Maiestatis proprium.

^a *WMK₁, t.44 tytuł brzmi*: Litterae universales ducillorum. *WAT*: Litterae universales contributionis *czopowe*. ^b *Tak w MK₂. WMK₁*: Dei gratia rex Poloniae. *WAT znajduje się dalsza część tytułu*: magnus dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae etc. dominus et haeres. ^c ac *MK₁*. ^d *Tak w MK₂. WMK₁*: consulibusque. ^e *Tak w MK₂. WMK₁*: okienko. ^f consistentibus *MK₁*. ^g *Brak w MK₁*. ^h nobis *MK₂*. ⁱ⁻ⁱ *Caly ten fragment w MK₁ brzmi następująco*: Consulentes in hoc generali conventu de bono et tranquillo statu regni nostri decreuimus et constituimus communi omnium tam spiritualium quam saecularium consiliariorum nostrorum et nuntiorum terrestrium consilio et voluntate ita exigente necessitate Reipublice, quod exactio ducillorum quae vulgo *czopowe* appellatur a festo Annuncionis [*sic*] Sancte Marie domine nostre proximo, ubi contributio eadem anno preterito decreta terminabitur et expirabit per unum annum continuunt ab eodem festo Annuncionis Sancte Marie proximo inchoando usque ad festum Annuncionis eiusdem Sancte Marie domine nostre anni millesimi quingentesimi vigesimi noni, soluatur et exigatur hoc modo ut quilibet cuiuscunque status et condicionis sit. ^j *Brak w MK₁, AT*. ^{k-k} ac solvi et *AT*. ^l *Brak w AT*. ^m sigillatim *MK₁*. ⁿ exactoris *MK₁*. ^o quotiens *MK₁*. ^{p-p} faciet et constituet *MK₁*.

etiam in villis iuxta arbitrium suum exactores etiam ipsi deputabunt, et iuramento corporali ad fidelitatem illos astringent^q. Ternarii vero more vetusto circa quemlibet grossum solvendi pro civitatibus et oppidorum reparatione conserventur. Tabernatores vero singuli cerevisiam coquentes vel coctam a dominis tam spiritualibus quam saecularibus ad propinandum recipientes, a quolibet vase mensurae civilis teneantur per unum grossum in manus exactorum solvere. Item a medio vase vini alias *polkuffek*^r florenus cum triginta quadrantibus solvendus^s; item a *dralynk*^t sive Seremiensi vase vini duo floreni cum sexaginta quadrantibus solvendi. Item a quolibet barili malmatici vel vini Italici unus *orth*^u cum septem ternariis solvatur. A barili vero simplicis vini duo grossi solvantur et duo ternarii, a medonis vase communi^v duo grossi cum duobus ternariis. A cerevisia advectitia sive^w externa, ^xut Swidnicensis, Glogoviensis, Theschinensis, Bernoviensis et alia quacumque^x, a quolibet eius vase duo grossi. Et quicumque non soluta prius exactione praefata, cerevisiam, vinum, medonem, malmaticum et alium quemcunque potum ex praedictis vendere et propinare in fraudem reipublicae praesumpserit, totum illud, in quo fraudem commisit, seu committere voluit, irremissibiliter amittet et ad poenam regalem solvendam, ^yquoties id fecerit, obligabitur^y. Capitaneusque loci in tales omnes et singulos fraudem huiusmodi committentes animadversionem debitam, veritate rei cognita, non habendo respectum ad quempiam, irremissibiliter exsequatur. Ad quam quidem exactionem colligendam ^zdiligenterque et fideliter^z exigendam in ipsa^{aa} terra N. Et districtibus ^{ab}eius generosum^{ab} N. Vobis omnibus et singulis, quorum interest mandantes, quatenus praefato exactori^{ac} sive ab eo substituto de ipsa exactione ducillorum respondeatis et responderi faciatis. Vos vero locorum capitanei, eos, qui rebelles vel negligentes^{ad} erunt, et quos ^{ae}ipsi exactores deferent^{ae}, per pignorationes solitas ad solutionem huiusmodi exactionis compellatis, sub poenis nostris contra negligentes capitaneos in novis et antiquis statutis descriptis, et pro gratia nostra aliter non facturi. ^{af}Datum in conventu generali Pyotrcouiensi, feria quarta proxima post dominicam Sexagesimae, ^{ag}anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo octavo^{ag} [19 II 1528], ^{ah}regni vero nostri vigesimo secundo^{ah}. Ad mandatum Regiae Maiestatis proprium^{af}.

IV. MODUS CUDENDI AUREORUM IN REGNO POLONIAE^a

Sigismundus etc.^b Manifestum facimus tenore praesentium universis quibus expedit, quia considerantes, non parvam iacturam reipublicae regni nostri per annos retroactos per monetaria varietate illatam esse, ita ut crescente moneta mala et adulterata regni nostri moneta in malam pervenerit aestimationem, aureorum pretium subinde crevit^c et per hoc pretia rerum omnium aucta et nostra moneta vilescere coeperit, proinde nos in hoc conventu generali omnium consiliariorum nostrorum utriusque status ac ordinum omnium regni nostri accedente consilio, de moneta in hoc regno et dominiis nostris deinceps accipienda vel exstirpanda satis copiose ordinavimus ac

^q*Caly ten fragment w MK₁ brzmi następująco*: viros fidos et idoneos unum aut duos de consilio capitanei seu eius vicesgerentis aut in absencia illorum proconsulum et consulum deputabit, qui custodiant et obseruent tam in ciuitatibus et opidis quam in villis ut contribucio *czopowe* fideliter contribuatur. Nichil vero illis remittere debet ipse exactor a ceruisia quam ipsi coquant sed moderatum salarium pro cura et labore coram illis constituet et iuramento corporali ad fidelitatem illos constringet. ^r *polcuffek MK₁; polkufek AT*.

^s solvendus est MK₁. ^t *dreling MK₁; drelenk AT*. ^u *ort MK₁*. ^v communis MK₁. ^w seu MK₁. ^{x-x} *Brak w MK₁*. ^{y-y} *W MK₁*: quociens id commiserit, erit obligatus. ^{z-z} diligenter et fideliterque MK₁. ^{aa} *Brak w MK₁*. ^{ab-ab} *W MK₁*: prefatis in exactorem constituimus. ^{ac} *MK₁ dodaje*: nostro. ^{ad} *MK₁ dodaje*: in solvendo. ^{ae-ac} ipse exactor deferet MK₁. ^{af-af} *W MK₁* *formula ta brzmi*: Datum Pyotrcouie in conuencione generali sabbato proximo post festum sancti Valentini anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo octavo, Regni vero nostri anno vigesimo secundo. Ad mandatum Regie Maiestatis proprium. ^{ag-ag} *W MK₂*: anno Domini M^oD^oXX^oVIII^o. ^{ah-ah} *W MK₂*: regni nostri XXII^o.

^a *Tytuł zaczerpnięty z MK₂, t. 43. W AT zatytułowano ten tekst*: Cusio aureorum Polonicorum. ^b *W AT*: Dei gratia rex Poloniae etc. ^c creverit AT.